Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

FEUDORUM ALIENATIONE LICITA,

QUAM

SUB AUSPICIO

DIVINI NUMINIS

Authoritate & Decreto

Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi Jurisconsultorum Ordinis in alma hac REGIA

UNIVERSITATE ARGENTORATENSI

Pro Summis in Utroque Jure Honoribus & Privilegiis rite consequendis

SOLENNI examini subjicit,

RANCISCUS HUBERTUS ANTONI,

Clottensi-Trevirensis.

Auth. & Resp.

Ad diem 4. Octob. M. DCCIII.

Horis locoque solitis.

ARGENTORATI,

Imprimebat ADOLPHUS GIESEN, Cancell. Typogr.

VIRO
PERILLUSTRI
DOMINO
JOH. BAPTISTÆ
KLINGLIN,
LUDOVICI
MAGNI
REGIS CHRISTIANISSIMI
in Illustri Republica Argentoratensi
MINISTRO REGIO
AC SYNDICO,
PATRONO MAXIMO.

In perpetuum observantissimi animi
Argumentum, Dissertationem hanc
Inauguralem consecrat

F. H. ANTONI.

I. N. D. N. J. C.

ALienationis Feudorum materia uti nobilissima existit, ita eandem in ipsis rerum argumentis utilissimam esse, nemo, qui hæc jura penitius intelligit, facilè ibit inficias. Cum enim Magnatum novæ Feudorum concessiones hodie sint rariores, exhausto infinitis ferè aliis expensis Rerumpublicarum ærario; Principes Terrarumque Domini, tum Illustrium Bellorum Ducum, fortissimorumque militum, *consilia, pericula & labores*, tum Magnificorum Consiliariorum, Excellentissimorum Antecessorum, & disertissimorum Advocatorum *studia, solertiam, fidem, merita* gratioso hoc in feudorum antiquorum alienationem consensu recognoscere possunt. Quantum verò ad Vasallos alienan-

tes inde plerumque redundet Emolumentum, manifestum esse, existimo. Quapropter Eandem, pro argumento Dissertationis Inauguralis (cujus conscribendæ solenniterque habendæ Licentiam, in hac alma ac REGIA UNIVERSITATE mihi benignissimè concessit Amplissimum Facultatis Juridicæ Collegium, exantlatis more Majorum Examinibus consuetis,) eligere constitui. Temporis ac instituti ratio pro dignitate hoc Thema tractare quidem non permisit, spero tamen, Theses propositas Dissertationis Inauguralis modum implere, atque pro Examine Licentiatûs solenniter sustinendo sufficere.

Divinum Numen gratia sua mihi gratiosissimè adsistat, omniaque mea consilia, quoad vivam, ad æternam sui Nominis sanctificationem & Reipublicæ Salutem potentissimè dirigat.

CAPUT

CAPUT I.

Nominis ac Rei definitionem & divisionem tradit.

THESIS I.

DE *Alienatione Feudorum licita* Dissertationem meam Inauguralem ex optimis, qui de hoc argumento scripserunt, Commentatoribus & Doctoribus, conscribere intendens, materiam hanc in *Generalibus & Specialibus* tractare constitui. *Illam definitio & divisio absolvunt.* Nominalem autem definitionem præmitto. Vocem *alienationis* à verbo *alienare*, hoc verbum autem ab *alieno* descendere, liquet, ut adeo alienare nihil aliud denotet, *ac alienum facere*, vid. *Iacob Speidel. in not. histor. jur. polit. verb.* Veräussern / Veränderen. *Wehner. in observ. pract. dict. verb.* valet inde argumentum negativè, ubi aliquid haud factum est alienum, ibi non contigit alienatio. Variè hæc vox in jure accipitur. (1.) *Generaliter,* comprehendens omnem actum, quo jus in re transfertur, & complectitur cujuscunque rei, juris, libertatis, possessionis translationem. *L. ult. C. de Reb. alien. non alien. junct. L. 1. C. de jur. domin. impetr. L. 6. v. f. ff. quemadm. servit. amit. L. 52. ff. de A. R. D. L. 5, 14. & 40. ff. de V. S.* (2.) *Specialiter,* & quidem *strictissime,* solam venditionem *L. 3. & 1. T. C. de præd. decur. sine decr. non alien. Strictè* verò & in *propria significatione,* quo dominium tam directum quam utile transfertur, cæteris juris in re speciebus contradistinctum. *§. 41. I. de A. R. D. L. 1. C. de fund. dotal. L. 67. ff. de V. S. L. 67 ff. de contrah. Emption.* significat. *Colleg. Iur. Argent. ad Tit. de alien. jud. mut. §. 1. Renneman de Iure Rerum disputat. 21. Th. 3. Lit. a. Rebhan in Hodeg. jur. chart. 3. clim. 2. §. 35. in sub.* Quæ postrema significatio hujus loci esse videtur.

THESIS II.

Feudum, unde derivetur, Doctores non conveniunt, vid. *Magnif. DN. D. Strykii Exam. Iur. Feud. cap. 1. quæst. 1.* Quidam verbum compositum esse putant, ex Germanicis nominibus FEE, quod stipendium, & OD, quod prædium, vel Saxonicè classem & ordinem significare debet. *Add. du Fresne in Gloss. voce Feudum ver. de vocis Etymo. in fine. Faber Cantarellus de Orig. Feud. Lib. 1. p. 63. in marg. Magnif. DN. D. Schilter. in præfat. Comment. ad jus Feud. alem. Ab his eruditis conjecturis. recedit Struvius in Synt. Iur. Feud. cap. 2. §. 1. num. 7.* docens, cum non constet hujusmodi voce Germanica id, quod Feudum nunc dicimus, olim fuisse indigitatum, ideo inde vocem hanc esse exstructam probabile non videri. Et propterea Ipse approbat illam derivationem, quam Ipsi juris feudalis compositores *2. Feud. 3. §. 2.* in fine tradiderunt, cum etiam Vasalli, à *fide*, qua obstricti sunt Domino, fidelium nomine veniant. *1. feud. 14. §. 3. Tit. 4. §. 6. & Tit. 6.* Cæterum Feudum alio nomine dicitur *beneficium. vid. 2. Feud. 3. & 23. §. fin.* Quamvis accuratè loquendo inter hæc duo differntiam intercedere Doctores observaverint. Ulterius notandum, *Feudi* vocabulum esse homonymum, nonnunquam enim pro ipsa re in Feudum concessa, unde Feudi investitura dicitur. *1. Feud. 4. juncta. 2. Feud. 8. & 2. Feud. 28. §. Si Vasallus.* Aliquando pro contractu feudali per quem Vasallo jus in feudo acquiritur. *2. Feud 3. & 9. vers. si verò.* Plerumque pro jure, quod Vasallo per istam concessionem Domini, in re Feudali competit, quod cum consensu Domini Vasallus alienare potest. *2. feud. 25. §. 1. & 2. Feud. 34. vid. post Anton. disput. feud. 1. Th. 2. Lit. C. Struv. loc. alleg. cap. 2. Th. 2. D. Stryk. in Examin. jur. feud. cap. 2. quæst. 9.* accipitur.

THESIS III.

Addidi autem *licita*. Licent autem, quæ fas & jura sinunt, ut *Maro* loquitur *lib. 1. G.* Itaque vel est à δίκη, id est, Jus, D in L. abit, ut à δάκρυα lacryma, ὀδυσσεύς Ulisses, vel est à λίζω,

i. e.

i. e. *sau* permitto, vel est, licet à liquo pro linquo. Nam id licitum, quod jus divinum humanumque potestati nostræ reliquit. *add. Clariss. quondam Gerhardi Iohannis Voss. Etymol. ling. Latin. lit. L. verbo licent.* In jure nostro licita dupliciter dicuntur, vel *Generaliter*, quæ legibus, moribus, institutisque conceduntur, & permittuntnr. *L. nec non 28. §. 2. ff. ex quib. caus. maj. L. 7. §. 1. ff. quod met. caus. fac. L. ult. in fine. ff. de his quæ ut indign. L. 11. §. 14. ff. de leg. 3. juncta L. 2. §. idem ait 15. ff. ne quid in loc. publ.* vel *specialiter*, quatenus honestis opponuntur *L. 42. L. 44. §. 6. ff. de Rit. Nupt. L. 1. C. de lib. caus. & L. 144. 179. ff. de R. I.*

THESIS IV.

Sequitur nunc *definitio realis*. Eam autem ita describo, quod *licita feudi alienatio sit actus jure permissus, quo vasallus, jus in re, quod in feudo habet, in alium æque idoneum legitimô modô transfert*. Considero in hac definitione *genus & differentiam specificam*. Loco *illius* posui actum. *arg. L. 19. ff. de V. S.* ubi Labeo, cujus sententiam probavit Ulpianus, docet, actum quidem verbum generale esse, sive verbis, ut in stipulatione, quid agatur, sive re, ut numeratione, uti in mutuo, ita & hoc loco, cum id agatur, ut jus vasalli ad alium transeat, & cum hoc sensu generaliter accipiatur, vera procedit Regula, quod hujusmodi actus ultra agentium intentionem non operentur. *L. non omnis 19. ff. de reb. cred.* Intelligo autem actum privatum, *arg. L. 8. C. de Feriis*, quodammodo conditionatum, qui, nisi sub conditione jure requisita geratur, ad præstitutum effectum pervenire non potest, sed est ipso jure nullus, *arg. L. 5. C. de LL.* non tamen forensem, multo minus legitimum, *arg. L. 77. ff. de R. I.* Est autem actus licitus & honestus, *arg. 2. Feud. 44. 52. 54. 55.* cujus, ut aliorum actuum humanorum duo principia sunt connexa, voluntas & potestas agentium, *arg. L. 6. C. si alteri vel sibi &c. Hanc* reliqua verba definitionis absolvunt: Est desumpta partim à *materia*, partim à *forma*. *Materia* notatur, quod sit *jus in re, quod in feudo habetur*, & alias appellatur à Doctoribus *Dominium inferius vel utile*, quale etiam est apud Emphyteutam & superficiarium, & hoc iterum, vel est *superius*, quod est penes primum

mum Vasallum vel Emphyteutam, vel *inferius*, quod est penes secundum Vasallum. *post Franzk. de laudem. cap. 14. num. 32. & seqq. Henning. Rennem. in jurisp. Roman. Germ. Memb. 2. Disp. 71. Th. 3. lit. A.* Utrumque hoc loco intelligo. *Forma* consistit, in *translatione legitimo modo facienda.* De quibus duabus causis plura in cap. III. & IV. notabo.

THESIS V.

Definitionem excipit *divisio*. Est alienatio feudi secundum *Struv. in syntagm. feudali cap. 12. §. 9.* duplex, vel *minus plena* vel *plena*. *Illa* est, quando vasallus ipsum jus feudi à domino sibi concessum quidem retinet, ut tamen vi illius alteri æque habili sub obligatione ad fidem ei exhibendam, feudum constituat, quod subfeudum Affterlehn dici solet. *vid. 2. Feud. 3. §. 1. & 2. Feud. 55. §. callidis. Hac* verò fit, vel *domino, illive, qui alias in feudo* successurus est, id cedendo, quæ cessio alias refutatio Auffsagung und Auffkündigung der Lehen germanice dicta, itidem vasallo concessa. *vid. 2. Feud. 9. §. 1. 38. & 49.* vel *Extraneo*, & quidem vel *ultima voluntate*, quæ regulariter prohibita, vel per actus *inter vivos*, quæ vasallo secundum naturam & qualitatem feudi *2. F. 8. 23. in fin. & 43. ibi: causa quasi propria.* permissa. *vid. 2. Feud. 9. 13. 38. 52. & 55.* Et de hac alienatione quid jure feudali constitutum, in sequentibus capitibus ostendere animus est.

CAPUT II.

Causam efficientem & personas recenset, tum alienantes, tum alienatum feudum acquirentes.

THESIS I.

Alienationum rerum feudalium *causam Efficientem* aliam facio *remotam*, aliam *propinquam*, aliam *proximam*. *Remota* causa est

est *jus naturæ & gentium.* Uti enim dubio omni caret, jure feudali Vasallis utile in re feudali competere dominium, *arg. 2. feud. 8. 23. & 43.* Ita illis quoque præcipuum dominii jus, quod jure etiam gentium in alienatione consistit, non videtur denegandum *arg. §. 40. Inst. de A. R. D. & princ. Inst. quib. alien. non licet. L. 9. §. 3. & seqq. L. 20. & 31. ff. de A. R. D. L. 34. ff. de A. vel A. poss.* Cum verò dominus feudi Rei in feudum datæ fuerit moderator & arbiter idoneus. *L. 21. C. mand. L. 2. ff. de his qui sui vel alien. jur. L. 10. C. de ædif. privat. Bart. in L. si quis 17. §. differentia. n. 4. ff. de A. vel A. P. Bald. in L. Fœminæ. 3. §. illud. C. de secund. Nupt.* Atque utile tantum dominium Vasallo cum onere fidelitatis & servitiorum concesserit, legem hanc à Domino directo susceptam in juribus dominii exercendis observare debet. *2. Feud. 52. & 55.* Nam ita demum unicuique sua committuntur. *L. nemo exterus 9. C. de judæ.* si res alienanda absolutè Domini facta, *Vultej. vol. 2. cons. 25. num. 80.* Huc pertinet Philosophia *Grotii de Iur. B. & P. lib. 2. c. VI. §. 1. 11. 13. & 14. Regula* ejus hæc est. Homines Rerum Domini, ut dominium aut totum, aut ex parte transferre possint, juris est naturalis. Exceptiones addit. *prima*; quæ de dominio dicta, ita locum habet, nisi Lex Imperio addita, aut Regis, aut Populi potestatem magis, aut auxerit, aut contraxerit. *Secunda*: potest dominus rem alienare, non pure modo, sed & sub conditione, nec tantum irrevocabiliter, sed & revocabiliter. Exemplum tale verò notatur, patrimonium populi, cujus fructus destinati sunt ad sustentanda Reipublicæ aut Regiæ dignitatis onera, à Regibus alienari, nec in totum nec in partem potest. Nam & in hoc jus majus fructuariô non habent. Ex quibus principiis patet. Vasallum jure naturæ habere feudum alienandi potestatem, non absolutam sed limitatam, ex voluntate Domini dominium limitate concedentis. Facit *huc L. ult. Cod. de reb. alien. non alien. L. 2. C. de Usucap. pro Empt. L. 114. §. 14. de legat. 1. L. 69. §. 3. ff. de Legat. 2. vid. Coll. Iurid. Argent. ad Tit. de contr. Empt. §. 9. & seq.*

THESIS II.

Causam Efficientem *propinquam* consuetudines feudales, tam

tam antiquas, quam novas Imperatorum Lotharii II. & Friderici I. Coustitutiones, *2. Feud. 52.55.* constituo. Quas Feudista justum & verum usum vocat *1. Feud. 13. 2. F. 9.* secundum illas dabantur quidem multæ & diversæ sententiæ in singulis civitatibus seu curiis, attamen videtur regulariter olim receptum, ut, necessitate suadente, posset vasallus domino inscio vel invito, feudi partem vendere, retenta videlicet alia parte. Quod si verò ultra dimidiam partem alienatio fieret, ea esset irrita, & Vasallus feudum amitteret, priori tamen casu, si Vasallus sine hærede masculo descendente decedebat, vel feudum in manus domini refutabat, vel alia ratione intercedente culpa Feudum amittebat: omnis feudi alienatio ad irritum revocabatur. Præterea concessa erat domino pro æquali pretio redemptio, nisi hoc beneficium amiserat dominus per refutationem, vel annali silentio, ex quo sciverit, computando. *1. Feud. 18. §. 1. 2. Feud. 9.* Quod jus declaratur, ut intelligendum quoque fuerit de contractu libellario, vel ut nonnulli volunt, Emphyteutico, modò facta fuerit privato, non Ecclesiæ, quia hæc auctrix & cultrix Justitiæ non patitur contra justitiam aliquid fieri, privatus verò sæpe obviat Justitiæ. Deinde contractus seriò & candidè, non simulatè & fraudulenter fieri debebat, veluti pro vilissima duorum fortè denariorum pensione. *vid. 1. Feud. 5. & 13.* Quod si vasallus feudum illicitè alienatum postea recuperaverit, jure antiquiori sibi retinebat, & in casum feudi recadebat, à quo jure postea recessum, ut pote feudô alienatione illicitâ, domino ad quemcunque pervenerit, apertô. Quod si vasallus vendiderit feudum, domini voluntate per libellum, vel aliter alienaverit, si idem postea recuperaverit, feudum penes eum remanebat, non jure beneficii, sed jure libelli aut aliter. Ita tamen, ut si priori casu quid pro *libello* ei daretur singulis annis, & hoc jure feudi censebatur. Jus verò per libellum translatum, & postea recuperatum, pro beneficio non tenebat, sed velut alterius rei datæ per libellum, etsi feudum vasallus domino refutaverit, libellum tamen retinebat. *2. Feud. 44.* Quo jure, si dominus velit, adhuc hodie eum uti posse forsan dubitandum non est. *arg. L. pen. C. de pact. & 2. Feud. 52. fere in fine ibi: vel dominorum minuatur utilitas, & 2. Feud. 55. princ. ibi,* & singulorum *Status jugiter*

ferre-

servetur illæsu. Cum etiam facile per consuetudinem ad hoc jus pristinum reditus concedatur, uti in Episcopatu Herbipolensi. *Quod ex Rosenthal. de Feud. cap. 9. conclus. 58. n. 46. & Pruckman. lib. 2. consil. 9. n. 42. probat Caspar. Bitschius in Comm. ad consuetud. feud. lib. 1. Tit. 5. vers. denique sciendum. pag. 95.*

THESIS III.

Quamvis autem jure antiquiori contra alienationem Feudorum quodammodo dominis esset consultum, non tamen contra fraudes vasallorum sufficiens remedium erat, inde tempore Lotharii III. hujus nominis, Ducis Saxoniæ (uti habet inscriptio *2. Feud. 52. & 2. Feud. 9. in pr.* attento nimirum Lothario Hugonis filio, qui in Italia Imperatoris titulum sibi arrogavit, antequam post extinctam Carolinam stirpem Imperium in Ottonem I. esset translatum. *Struv. Synt. Iur. Feud. disp. 1. Th. 5.*) vel ut alii volunt II, qui Imperio potitus est, Anno post C. N. 1129. Imperatori multæ interpellationes erant factæ, quibus legislator commotus hortatu & consilio Episcoporum, Principum, Nobilium, Judicum novam Constitutionem promulgavit, nemini licere beneficia, sine ipsorum permissione distrahere, vel aliquod commercium adversus tenorem novæ istius Constitutionis excogitare. Quam Legem postea confirmavit Fridericus I. Imperator, qui alias Ænobarbus sive Barbarossa dicitur, ob res magnas in Italia gestas clarus, non prohibendo solum futuras feudi alienationes sub pœna amissionis, sed etiam præteritas annullando, vel potius earundem nullitatem, quæ jam antea Lotharii Constitutione inducta erat, ulterius declarando, iisque, qui sub prætextu ac colore subinfeudationis alienationes exercebant, eandem pœnam, quam apertè alienantibus sanxit, statuendo. *2. Feud. 24. in fin. add. 2. Feud. 52. & 2. Feud. 55.* Ex quibus facilè apparet, Vasallis ademptam fuisse alienandi feudi potestatem, non quidem absolutè & simpliciter, sed eatenus, quatenus domini directi Jus læsum fuit.

THESIS IV.

Constat quidem per se, posse Majestatem pro utilitate

Reipubl. novas Constitutiones ferre, boni tamen Principes etiam subjectorum commoda investigantes, & singulorum statum jugiter servare illæsum quærentes, optimas legum suarum rationes civibus suis ostendere voluerunt, unde tam Lotharius quàm Fridericus Imperatores causas has impulsivas constitutionibus suis inseruerunt. (1.) Quod Vasalli per distractiones illicitas omnibus exhaustis, suorum seniorum servitia subterfugere tentarint. (2.) Quod eo facto Vires Imperii maximè attenuatas Impp. cognoverint, dum Proceres milites suos omnibus beneficiis exutos ad Romanam Expeditionem nullo modo transducere valuerint. Quibus rationibus aliæ accedunt, nempe quod (3.) alienatio plena, plenum, nec ab alio dependens, requirat Dominium, quo caret Vasallus. *Arg. 2. Feud. 55. pr. ibi. Quod beneficia eorum & feuda, quæ Vasalli ab eis retinebant.* (4.) Quod illicita ejusmodi alienatione Dominus Feudi haud leviter contemni, ejusdemque conditio deterior reddi videatur, dum huic obtruditur Vasallus quem fortè recuset, *2. Feud. 24. §. fin. 2. Feud. 12. Ludvvel. de Feud. cap. 17. in fin.*

THESIS V.

Ad causam efficientem *proximam* progrediendum. Hanc existimo esse veram tam Vasalli tanquam Domini utilis dominium alienantis, quam novi Vasalli feudum illud scienter acquirentis, voluntatem. *arg. L. 20. §. 2. ff. de A. R. D. junct. L. 20. C. mand. & §. 41. Inst. de A. R. D. junct. L. 14. §. 1. ff. de castrensi pecul. L. 69. ff. de R. I. L. 19. §. 2. ff. de donat.* Præsumptiva etiam sufficit, qualem pupilli & minores censentur habere in rebus illis, quas ipsorum Tutores & Curatores rectè & legitimè distrahunt. *L. 6. L. 9. pr. l. 27. ff. de admin. & per Tut.* Requiritur igitur (1.) quod uterque sciat qualitatem rei, quod sit feudalis, ex quo principio fluit; si ignorantes (modo ignorantia illa non fuerit supina, crassa, vel etiam juris, sed justa, quæ juramento probanda, eoque præstito, feudum Vasallo venditori, imo ex aliis titulis alienantibus, est restituendum. *2. Feud. 42.*) alienaverint, ubi nullum delictum commissum, ita nec pœnam privationis feudi locum habere

bere posse, *arg. 2. Feud. 24. in fin.* Idem de dubitante non videtur dicendum, cum enim hujus judicium hæsitet, certique nihil monstret, potius ab alienatione debet abstinere, donec nodis, quibus ligatus est, liberetur *arg. L. ult. C. unde vi. facit Nov. 19. in Præf.* nec obstat *L. fin. ff. de condict. indeb. & 2. Feud. 34.* Huc pertinent ea, quæ Augustus Barbosa in *Thes. loc. comm. Lit. D. cap. 52. axiom. 2. observavit.* nempe DD. in materia possessionis dubitationem duplicem facere, unam quæ plus habeat fidei, quam suspicionis, alteram quæ minus habeat fidei plus suspicionis. Requiritur (2.) non nudus consensus, sed ut alienatio perfecta, & traditio possessionis subsecuta sit. *2. Feud. 52. in fin. pr. & 2. Feud. 65. pr. ibi. vendunt & in alios transferunt.* Alienatum enim propriè non dicitur, quod adhuc in venditoris dominio est. *L. 67. ff. de V. S.* nec pactis, sed traditionibus rerum dominia transferuntur. *L. 20. C. de pact.* Quo tamen casu fictam quoque translationem possessionis, quæ etiam per constitutum possessorium fieri potest, modo acquirens in præjudicium domini quoque fructus jam perceperit, *L. 18. ff. de A. P.* sufficere puto. *arg. §. 44. Inst. de A. R. D. L. 1. §. 21. & L. 18. ff. de A. vel A. P. L. 9. §. 5. L. 21. §. 1. ff. de A. R. D. facit. L. 9. §. 1. & 15. ff. de reb. cred. cap. si diligenti. X. de præscr. cap. cum venisset. X. de Restitut. Spol. add. Wesenb. de Feud. cap. 11. Tiraquell. de const. poss. part. 3. limit. 26. num. 5. & 6. Fachinæus Controv. Iur. lib. 7. cap. 86.*

THESIS VI.

Quo verò feudi alienatio valida sit, habile quoque *subjectum*, tam ex parte *alienantis*, quam ex parte *acquirentis*, necessarium est. Illud in jure feudali communi appellatur Vasallus *2. Feud. 9. 2. Feud. 34. & 39. 2. Feud. 44. & 2. Feud. 52. & 55.* clientulus *2. Feud. 13.* miles, qui domino servire possit. *2. Feud. 54. princ.* Ulterius declaratur *1. Feud. 18.* si quis de Capitaneis vel majoribus vel minoribus Valvasoribus suum beneficium, sive totum, sive partem, alienaverit, & ipse, vel ejus hæres, sine hærede decesserit, totum quod fecerit evacuari debet. *Iure Feud. Alemannico & Saxonico.* (Quibus, in casibus jure communi feudali non expresse

 decisis,

decisis, vel sæpiùs ad ejus declarationem utiliter uti possumus) appellatur Ein Mann. *vid. jus Feud. Alem.* in hoc argumento *cap. 21. 26. cap. 65. §. 4. & cap. 98. §. 3.* secundum correctam lectionem *& cap. 100. Ius Feud. Saxon. cap. 30. 31. 32. & 35.* & alias passim. Non videtur distinguendum, sive Vasallus alienans sit Laicus, sive Clericus, quem dominus scienter investivit *2. Feud. 40. §. fin. Fac. Text. generalis 2. Feud. 3. & huc pertinet cap. 6. X. de for. compet. facit huc jus Feud. Alem. cap. 3. & jus Feud. Saxon. cap. 2.* Ist daß ein Frow oder ein Pfaffe deß Richs Gut entpfohet / von dem Riche / daß mögend sie wol liehen / und dem Güte nachvolgen an einen anderen Herren obe sie beide der Pfaffen und die Frowe von Ritterlicher Art sind. ad quem textum vide, quæ eruditè Magnif. DN. D. Schilter. *§. 1. & 2.* commentatus est. Nec fœmina excipienda. *vid. 2. Feud. 17. 2. Feud. 30. & 50.* Dominus enim illam scienter investiendo, juri suo renunciasse, & substitutum ad servitia admisisse præsumitur. post *Struv in juris prud. Feud. cap. 5. Th. 12. pr. Ludvvell. in Synopsi Feud. p. 214.* Probatur autem *arg. 2. Feud. 55. §. 1. ibi. debita servitia amittebant.* Si Vasallus in pupillari ætate fuerit, Tutoris oppignoratio feudi cum consensu domini aut etiam pupilli infantiam egressi, valet, ita tamen, ut pupillus læsus, & major factus restitutionem in integrum habeat. *Ius Feud. Alem. cap. 56. §. 2. & jus Saxon. Feud. cap. 26. in vernaculo & in Latin. vers. cap. 20. §. 2.* Si plures Vasalli simultanée investiti sint, tunc nullus inter simul investitos quicquam de fundo feudali potest disponere sine cæterorum consensu, in eorum præjudicium. Ex ratione, cujus partem pro diviso quis non accepit, ejus quoque nullam partem resignare potest. *Ius Feud. Alem. cap. 65. §. 4. & Saxon. cap. 32.* Illud adhuc videtur notandum, quod in Germania Principes & Domini Territoriales Imperii immediati, (quorum consensum Vasalli eorum in alienatione rerum feudalium quidem impetrare debent) consensum Imperatoris ad alienandas vel oppignorandas terras aut præfecturas necessarium non habeant, idque ex superioritatis jure sublimi, quo gaudent Status Imperii non sine summo Imperialis Majestatis decore. *vid. Struv. Synt. Iur. Feud. cap. XIV. §. XXIX. n. 2. post. Klock. cons. XI. n. 146. Textor. de Statu German. cap. 2. & alios.* Quæ tamen sententia

tia

tia ita videtur limitanda, quemadmodum ipse Imperator in Capitulationibus nulla Imperii feuda alienare potest, ita nec PrincipibusRegalia feuda, v. g. Ducatus Comitatus &c. ad Imperium Germanicum spectantia, sine consensu Imperatoris & Electorum alienandi potestas concessa est. *vid. Capitulat. Caroli V. §. 9. & Capit. Ferd. I. §. 8. Maxim. II. §. 6. Rudolphi II. §. 8. Matthiæ §. 8. & seqq. Imperator.* Cujus rei DD. hanc rationem suppeditant, quod ipsum quidem Territorium, ut universum quid in feudum recognoscant Ordines, at rerum singularum directum habeant dominium. Eodem quoque jure utuntur Prælati, qui nec Imperatoris, nec Episcopi, nec Metropolitani, multò minus Papæ in alienatione, sed Capituli & quandoque parium suorum consensum requisiverunt. *Magnif. DN. D. Schilter. in Comm. ad cap. 25. Jur. Feud. Alem. §. 12. ubi. §. seq.* exemplum subjicit, Prælati consentientis in alienationem feudi Ecclesiastici factam superioris clypei Vasallo Principi Imperii, ut is per substitutum serviret, qui erat Ludovicus Palatinus. Tenorem instrumenti de Anno 1413. quoque ibidem addidit.

THESIS VII.

Non impertinens videtur esse quæstio, an Dominus Dominium suum directum alienare possit? R. ex Constitutionibus Imperatorum Conradi & Friderici I. distinctio notanda, quod dominus sine Vasalli consensu proprietatem alienare non possit, nisi curia simul fuerit vendita & de eo expresse actum, quo casu beneficium etiam rustico & sine Vasalli voluntate rectè venditur, dum tamen totum alienatur *vid. 2. Feud 34. §. ex eadem. 2. Feud. 51. cap. 1. arg. L. 62. ff. de A. R. D. L. 22. cum 2. seqq. ff. de contr. Empt. L. 1. §. 1. ff. de fundo dot. Rosenth. de Feud. cap. 9. concl. 62. n. 28.* Videtur tamen hac in re privilegium aliquod Ecclesiæ esse concessum, quod tale est. Si contigerit allodium aliquod infeudatum conferri Ecclesiæ (intelligendum, de proprietatis, seu dominationis feudi, etiam sine curte vel bonorum Universitatis alienatione) & licet nihil dictum fuerit, vel pro oblatione fidelium, vel per emptionis & venditionis, alteriusve hujusmodi contractum, in

feuda-

feudatus, nisi per gratiam (non meram scilicet, quasi in ejus arbitrio sit, id Feudum priori Vasallo denuo conferre, vel alium de eo investire, sed per beneficium, vel tanquam feudum Ecclesiæ, omne enim feudum beneficium est, adeoque Vasallus gratiæ recipit) Ecclesiæ (quæ nova domina existit) tanquam de nova (per renovationem investituræ) recipere, Feudum, quod habeat, retinere non poterit. *vid. 2. Feud. 54. ibique Bitsch. in Comm. notabili 1.* ubi textus hujus sensum contra communem & exorbitantem interpretationem accuratè & eruditè ostendit. In generali tamen alienatione, Vasalli non continentur. *2. Feud. 26. cap. in generali.* Quod si dominus plura prædia feudalia diversis locis sitã habeat, & ex istis quoad dominum directum aliqua vendat, aliqua retineat, Vasallus non tenetur pro prædiis istis venditis emptori servire, sed totum à priori domino recognoscit. Nam Vasallus non tenetur unius feudi nomine duos Dominos habere, vel duobus fidelitatem & servitia præstare. *2. Feud. 55. §. firmiter. vers. praterea duobus dict. cap. 2. Feud. 34.* Sic si Capitaneus in quadam sua curte militibus beneficium dedit, & postea eandem curiam vendidit, non habita mentione beneficii, hoc in venditione non continetur, nisi de eo expresse actum sit, *2. Feud. 51.* licet enim fuerit usus verbo generali vel simplici, id tamen debet intelligi venditum, de quo inter contrahentes actum fuit. *arg. L. si de certa 13. Cod. de transact. L. jubemus 21. Cod. ad SCtum. Vellej. L. cum aquiliana 5. ff. de transact. L. qui libertatis 69. ff. de Evict.* Nec pro emptore quicquam faciunt. *arg. L. pen. §. fin. ff. si servitus vind. L. Creditori. 52. §. inter. ff. de act. Empt. arg. L. pluribus 140. pr. ff. de V. Obl. L. 1. §. 1. ff. quæ in fraudem creditor. vid. Iacob. Columbin. Gloss. ad Minuccii de prato veteri jus feudale lib. 3. Tit. 13. cap. 18. lit. I.* Moribus Mediolanensium Dominus superior suum dominium vel cum curia, vel sine curia liberè alienare potuit, dummodo hoc casu id non vendiderit inferiori, sed aut pari aut majori domino. *Add. Struv. Synt. Iur. Feud. cap. 13. Th. 1. num. 3. Anton. disp. Feud. 9. Th. 6. D. D. Stryk. in Exam. Iur. Feud. cap. 19. quæst. 16.* Conforme est huic juri jus feud. Aleman. *cap. 19 & 34.* Alienatio enim à Vasallo & respectivè domino intermedio, sine consensu domini superioris, & in personam inferioris clypei facta, non valebat. Quo jure Nobilitas Thurin-

gia

giæ revocabat cessionem sui ab Electore Saxoniæ, factã Fratri administratori Episcopatus Magdeburgici annis superioribus. Et Carolus IV. Imperator in diplomate Episcopatui Trevirensi dato non aliter dominium directum feudi Imperialis Hammerstein cedere voluit, nisi Burggravius & consortes Hammersteinenses, mit ihrem gutem freyen Willen/ investituram feudi accipere ab Episcopo vellent. *vid. Magn. DN. D. Schilter in Comment. ad I. F. A. cap. 19. §. 10. & ad cap. 34. §. ult.* & hoc jus etiam obtinet in feudo castrensi, de quo videndum *jus Alem. Feud. cap. 138. & Saxon. cap. 72. & Latin. cap. 38. §. 4.* Utrum autem in Imperio Romano Germanico in oppignoratione dominii directi idem quod in alienatione statuendum, dubito, per ea, quæ *DN. Schilter ad cap. 136. I. F. A. §. 4 & 5.* annotavit.

THESIS VIII.

Subjectum, feudum à Vasallo alienante acquirens, vel est *privatus vel Ecclesia 1. Feud. 13.* ubi dicitur, si clientulus sine voluntate domini fecerit libellum in perpetuum de dimidia parte feudi sui, non valere, ideo, quia nunquam reversura sit ad dominum, cum Ecclesia non desinat esse hæres. *arg. L. 56. ff. de usufr. L. 76. ff. de judic.* Eaque cultrix & auctrix Justitiæ non patiatur contra Justitiam aliquid fieri, in se, vel alterum; diversum in privato observari, naturâ perpetui libelli non obstante, cum privatus sæpe obviet Justitiæ. *vid. ad hoc caput Caspar. Bitsch. comm. num. 5. imprimis versu, Rectius itaque & seq.* In quo putat civitati medietatem feudi à Vasallo in libellum dari posse, quoniam ratio, quæ obtinet in Ecclesiis, civitatibus accommodari non queat. Quamvis dissentiant *Iacobus de Belviso & Iacobus Alvarottus ibid. aliique.* Potest etiam acquirens esse frater vel nepos Vasalli, quo casu alienatio etiam sine voluntate domini valet. *1. Feud. 13.* vel filius Vasalli domino vel agnatis consentientibus, vel postea ratum habentibus, *arg. L. 60. ff. de R. I. L. 12. in fin. ff. de solut. add. 1. Feud. 8. §. 1.* Multo magis Agnatus proximus, si feudum fuerit paternum. *2. Feud. 39.* & in ea feudi specie, *quæ ea lege alicui data, ut Vasallus, & sui hæredes & cui ipse dederit, habeant,* uti enim Vasallus, qui sic acce-

C pit,

pit, feudum hoc, non propriam feudi naturam habens, vendere vel donare vel aliter, si sibi placuerit, alienare potest, ita omnes, qui emere, donationem accipere, vel alio acquisitionis derivativæ genere bona acquirere possunt, idonea subjecta sunt, & feudum habebunt, sicut eis datum, sive ad proprium, sive ad libellum, Jure enim feudi censebitur, & ex his quoque causis amittunt, quibus & verum feudum, *vid. 2. Feud. 26. §. feudum ea lege datum. & 2. Feud. 48.* in quibus duobus textibus nullam esse contradictionem existimo. Cæterum Jus nostrum Feudale *2. Feud. 55. in fine princ.* rectè videtur distinguere, inter feudi illegitimè alienati bonæ fidei & malæ fidei emptorem, ut illi vindicato à domino Feudo, contra venditorem beneficii de pretio actio competat, hic verò, quia sciverit rem alienam esse, per *L. si fundum 27. Cod. de Evict.* non repetat, quod pretium fisco non videtur applicandum *arg. L. Lucius. 9. ff. de Jure Fisci.* Sed à domino, in cujus contemptum venditio illa redundabat, à Vasallo est extorquendum *2. Feud. 55. add. Gloss. ad Anton. Min. de prato veteri. de Feud. lib. 3. Tit. 13. cap. 13. in fine lit. R.* Ulterius successor debet esse persona habilis, quæ feudo servire possit, ut si alienans miles sit, & acquirens miles inveniatur. *arg. 2. Feud. 34. §. 2.* Nam eodem jure debet hic habere rem, quo habuit, qui alienavit. *arg. 2. Feud. 58. §. 2. Inde & juris Feud. Alem. cap. 34. in fine. Ibique DN. D. Schilter. §. 2.* dispositum reperitur, Vasallum non posse dominium utile inferioris conditionis vel clypei personæ cedere.

CAPUT III.

De Objecto, rebusque Feudalibus licitè alienandis.

THESIS I.

Alienationis *Materia objectiva* constituitur *feudum*, sive id pro toto, sive pro parte Vasallus distrahere velit. *vid. 2. Feud. 9. in fin. 1. Feud. 19. 2. Feud. 39. 44. 48. 52 & 55.* Quod etiam appellatur *benefi-*

beneficium. 1. *Feud.* 18. & 2. *Feud.* 39. conjunguntur autem beneficia & feuda. 2. *Feud.* 55. & uti vox feudi inter alias acceptiones sumitur, vel pro ipso jure, in re feudali per contractum à domino directo sub conditione fidei constituto. 2. *Feud.* 25. §. 1. vel pro ipsa re feudali, 1. *Feud.* 1. *junct.* 2. *Feud* 8. & *pass.* ita utriusque significationis consideratio hic locum habere potest.

THESIS II.

Feudorum plures dantur divisiones, præcipuæ eæ esse videntur, quæ feuda à causa efficiente in *nova & antiqua*, à subjecto in *Ecclesiastica & Secularia*, & à natura sua & forma in *propria* & *impropria* distinguunt. DE. omnibus his speciebus in nostro argumento saluberrima jura constituta inveniuntur. Nam (1.) quò ad feuda *antiqua & nova*, hæc differentia docetur, quod in illis Agnatorum, ob jus ex prima investitura toti familiæ quæsitum, ratio quoque habeatur. *vid.* 2. *Feud.* 9 & 39. adeo, ut, si feudum antiquum, consensu etiam agnatorum in extraneum, seu in investitura prima non comprehensum, translatum, novum fiat. *arg.* 1. *F.* 5. §. *præterea.* & licet illud postea à Vasallo alienante recuperetur, novum tamen maneat. *arg. L.* 98. §. 1. *ff. de solut. L.* 27. §. 2. *ff. de pact.* secus si in agnatum remotioris licet gradus, re ipsa alienatum, quo casu antiquum feudum manet, 2. *Feud.* 26. §. 5. *vers. Titius.* & 2. *Feud.* 39. In novo enim feudo domini directi tantum interesse versetur, ne ei invito novus Vasallus obtrudatur. 2. *Feud.* 24. §. *fin. add. cap. V. Th.* 2. *in fin.* (2.) quoad feuda *Ecclesiastica & Secularia.* Idem quidem circa alienationem Jus videtur obtinere. Quemadmodum enim Rex Episcopum aut Principem investit de Principatu, Comitatu, Baronatu. Facit huc *Ius Feud. Alem. cap.* 42. ubi habetur. Alle Bischöffe entpfohend von dem Könige Müntz und Zölle / und ettliche entpfohend fan Lehen / und ettliche weltliche Gericht / quibus verbis clarè ostenditur, Episcopis feuda secularia eorumque jura concessa fuisse, scilicet Ducatus, Comitatus, & Dominatus seculares (nempe præter territoria & diœceses Episcopatibus, quà talibus & instar dotis ab initio ab Imperatoribus & Regibus concessas.) cum titulo & insignibus,

 add.

add. DN. D. Shilter in Comm. ad præd. caput. §. 9. & seq. ubi ex antiquitate plura exempla horum feudorum refert. Ita proculdubio Episcopi & alii prælati Ecclesiastici, modò clypeo militari & jure Vasallos habendi gaudebant, ejusmodi feuda tanquam Ecclesiastica subinfeudare potuere. Quibus, uti Baroni, Comiti, Militi, alios de feudis aut reditibus feudalibus subinfeudare, & per consequens alienare est concessum. *1. F. 1. & 25.* constitutionibus *in cap. 52 & 55.* observatis. In eo tamen, modò sine præjudicio dominorum ecclesiasticorum, cum illorum quoque querelas Imperatores acceperint, facta, videtur esse differentia, quod Episcopi & alii Prælati, in alienationem feudi Ecclesiastici non aliter consentire potuerint, nisi aliqua consuetudo fuerit talia feuda dare. *arg. dict. Text. 1. Feud 1. 1. Feud. 6. 2. Feud. 35. & 2. Feud. 91.*

THESIS III.

Verba quidem constitutionis Lotharii *2. Feud. 52.* (per multas enim interpellationes ad nos factas comperimus, *milites beneficia sua passim distrahere, atque ita omnibus exhaustis suorum seniorum servitia subterfugere : Per quod vires Imperii maximè attenuatas cognovimus, dum Proceres nostri milites suos omnibus beneficiis suis exutos ad fœlicissimam nostri Numinis expeditionem nullo modo transducere valeant.*) de feudis propriis & quidem militaribus tantum disponere videntur, quid igitur in feudis impropriis circa alienationem eorum Vasallis observandum ? R. Regulariter eadem jura in feudis impropriis servantur, quæ in propriis constituta sunt, nisi in quibus manifestè constet, naturam illorum mutatam esse. *arg. 2. Feud. 48.* Ex quo principio fluit, Feudum fœmininum, licet ratione acquirentis sit improprium, *vid. 1. Feud. 1. §. 3. 1. Feud. 24. 2. Feud. 23. 30. & 50.* ut pote ad servitia inhabili muliere existente. *2. Feud. 36. in fin.* Quia tamen receptum, quod cum consensu domini per substitutum servire possit. *arg. 2. Feud. 55. §. 2. junct. 2. Feud. 17.* eandem, salvo jure domini feudum alienare posse puto. *arg. 2. Feud. 52.* Inde uxori concessum erat marito feudum in dotem dare *2 Feud. 13. & 17.* fierique id dupliciter potuit, vel simpliciter, constituto marito, ut substituto & provasallo,

Lehen=

Lehenträger/vel ut condomino utili, seu convasallo, quod dicitur, daß Gut mit der Frowen empfangen mit eines Lehens Hand/id est simultanea manu seu investitura. Priori casu gaudebat maritus possessione ac Jure civilis dominii in feudo dotali, quod soluto matrimonio tollebatur. Posteriori verò feudum pro parte mariti proprium erat, quod soluto matrimonio quoque retinebat. *vid. 1. Feud. 15. 2. Feud. 85. & 104. §. 1. Collato jure Feud. Alem. cap. 103. & Saxon. vernac. cap. 56. & in latin. cap. 29. §. 13. Add. quoque comm. Magnif. DN. Schilteri, ubi in hoc argumento utilia bservavit. & D. D. Stryk. in Exam. Iur. Feud. cap. IV. quæst. 11. & 12.*

THESIS IV.

Feudum *Emtitium*, quod pecunia vel alia quadam re data cquisitum. *arg. 2. Feud. 13. §. ult. 1. Feud. 7. 16 & 24. Pignoratium*, quod dominus accepta certa pecuniæ summa, sed reservata bi reluendi facultate, alicui concessit. *vid. 1. Feud. 4. & 2. Feud.* . *feudum fiduciarium*, quod ita alicui datum est per investitum, ut statuto tempore pro certa summa vel alia re, sine tamen ntractu mutui, vel sine contractu hypothecæ, sed solum cum e, restituatur feudum & utile dominium domino, de quo t *Ius Alem. cap. 97. & Saxon. cap. 55. & Polon. edit. Latin. cap. 29.* . *Oblatum & recognitum*, in quo Vasallus futurus res suas pro- as domino cuidam dat, easdemque ab illo per investituram in dum accipit, dominum recognoscendo, *arg. 1. Feud. 25. & 2. d. 1. §. sciendum.* de qua feudi specie videre licet *Struv. cap. 7. 10. n. 10. & Rhet. in Comm. Iur. Feud. pag. 49. n. 41.* plura horum dorum exempla retulit, *DN. D. Schilter in Supplementis Comm ad Feud. Alem. p. 458. & seqq.* Ratione modi acquirendi sunt feu- m propria, quia feudum non sub prætextu pecuniæ, sed amore onore domini acquirendum est. *1. Feud. 27. 2. Feud. 23. §. ult.* cum en tales Vasalli ad servitia quoque militaria obligati sint, ejus- li feudorum alienationes, sine præjudicio domini directi pro- re debent. *arg. 2. Feud. 52. & 2. Feud. 55.*

THESIS V.

Quamvis Jure Feudali communi in pecunia vel aliis rebus mobilibus usu consumptibilibus feudum constitui non possit. *2. Feud. 1. §. 1.* Attamen consuetudine id fieri posse, secundum quam pecunia in sortem feudalem zum Lehenstand constituitur, & tale feudum sub nomine Lehen-Gelder/ communiter venit, dubitare non permittit mos Marchiæ Brandenburgicæ, de quo videndus *Scheplitz. ad Consuetud. Marchia part. 4. tit. 25. §. 1. num. 4. & seqq.* Valet autem talis consuetudo, qua à domino superioritatis, vi potestatis legislatoriæ, deficiente Juris Feudalis constitutione, natura pecuniæ allodialis in feudalem transmutatur. *vid. DN. D. Schilter. in Comm. ad Ius Feud. Alem. cap. 14. §. 4.* Quin etiam secundum Juris Prudentiæ Justinianeæ principia, in aliis rebus mobilibus sub lege fidelitatis, præstita cautione, de re simili, seu ejusdem pretii finito feudo restituenda, rectè concedatur. *arg. Tit. ff. de usufr. ear. rer. qua usu cons. post Wurmbser. de Feud. improp. class. 3. sect. 4. n. 8. putat D. D. Stryk. in Exam. jur. feud. cap. 4. quæst. 27;* Cujus generis feudorum, in quibus per cautionem domino satis cautum esse videtur, alienatio ex natura quasi ususfructûs pendere videtur. *§. 2. Inst. de usufr.*

THESIS. VI.

Ratione *servitiorum*, feudorum impropriorum species est *Feudum Francum*, ein Frey-Lehen / in quo vel nulla plane præstantur servitia, vel quædam tantum remissa sunt, de hac specie nullum quidem expressum Textum in Jure Feudali communi extare, existimat *Wurmbser. de feud. impropr. class. 3. sect. 9. num. 9. & seqq.* attamen *jure Alem. Feud.* notatur *cap. 148.* inde *DN. D. Schilter. in Comm.* deducit, si feudum francum concessum, hoc est, fundus sine censu & servitiis præstandis à Vasallo, tunc nec dominum, nec tertium aliquem servitia à Vasallo exigere posse, sed dominum teneri contra tertium Vasallo de evictione. Ejusmodi feuda esse curias Nobilium in Francia Orientali Freye Ritter-

Lehen

Lehen und Höffe/ docent *Ioh. Gemmel. in Compend. Iur. Feud. part. 2. divis. 9. & Paul. Matth. Wehner. in Observ. pract. verb.* Frey-Lehen. Item pleraque feuda civibus concessa ad nullum servitium domino præstandum obligare monet. *Schrader. de Feud. part. 2. c. 4. n. 10. add. Ludw. in Tract. de feud. divis. cap. ult. Th. 1. in* ἐκθ: qui *in Th. 2.* de hoc Feudo Franco notat, quod illud, quoad successionem, alienationem & refutationem propriam, & communem feudi naturam retineat, quamvis quoad alienationem dissent. *Hostiensis. in cap. fin. extra de reb. Eccles. non alien. Curtius de feud. part. 1. q. 8. n. 1. Schneidew. de Feud. part. 1. n. 55.* Quorum sententiam, si & quatenus, SALVO JURE DOMINI, alienatio fieri potest, sequor. *vid. Henning. Rennemanni Iurisprud. Rom. Germ. Membr. 2. disput. 66. ref. 39. lit. A.*

THESIS VII.

Inter feuda, ratione *servitiorum* impropria, *conditionata* re-...untur. Cum autem plures horum species sint, hanc consti-... regulam. *In quibuscunque feudis persona Vasalli industria & fides ...ialis electa est, ea ad alium transferri non possunt. arg. L. inter artifi-...31. ff. de solut. L. 9. C. de excus. mun. arg. cap. dilecti. 4. X. de arbitr.* ...e verò magis realia sunt, ea legitimè alienari possunt. *arg. ... Inst. de replicat. facit. L. 54. ff. de R. I. cap. nemo 79. de R. I. in 6to. ...aditio 20. ff. de A. R. D.* Exempla sunt *prioris* membri (1.) in ...do *Castrensi vel Burgensi*, quod si castrensis id alteri confert, ni-...git. *I. F. A. cap. 138. §. 3.* (2.) In Feudo Palatii, sive mini-...alium, Hoff-Gerichts-Lehen. de quibus *vid. I. F. A. cap. 113. & ...s. 32.* §. 1. (3.) In Feudo *Burgimagistri*, quod est, quo domi-...jurisdictionis aliquem subofficialem in quadam villa sibi ...ituit, de quo agit *I. F. A. cap. 151. & Saxon. cap. 78. & in Latin. ...1. §. fin. Magnif. DN. D. Schilter. ibid. in Comm.* (4.) In Feudo ...*ictionis*, quando scilicet jurisdictio alicujus loci hoc jure con-...ur, licet exercitium jurisdictionis, quam jure Feudi possidet, ...locare & commendare possit. *Ius Feud. Alem. cap. 132. & facit ...6. §. 2.* Quo pertinet, si quis allodium suum vendiderit, ...districtum & jurisdictionem Imperii vendere non præsuma-

tur

tur, & si fiat, non valeat. *2. Feud. 54.* (5.) In Feudo *habitationis*, de quo agitur. *2. Feud. 75. & 2. Feud. 105.* Posterioris regulæ membri exempla sunt (1.) Feudum *censuale*, quod nullus Vasallus pari suo in Emphyteusin concedere potest, inferiori verò poterit, *l. F. 4. cap. 110.* (2.) Feudum *Laudemiale*, de quo vide *Wurmbser. de feud. impropr. class. 3. sect. 18. num. 24.* Huc faciunt ea quæ *Magnif. DN. D. Schilter.* in Dissertat. de bonis laudemialibus §. *26.* observavit, (3.) Feudum *quaternatum*, ubi loco servitiorum fructus pro mensa vel sustentatione Principis præstantur. (4.) Feudum *libellarium*, in quo singulis annis domino quid datur, *arg. 2. Feud. 44.* Ex quibus de aliis speciebus vulgo cognitis quilibet facilè judicare poterit.

THESIS IIX.

DE Feudis ratione *transmissionis* impropriis, quænam alienari possint, paucis nunc videndum. DE Feudo mere hæreditario, ein Eygenthümlich Lehen-Gut dicto, quod videtur fundatum, *1. Feud. 3. pr. & 2. Feud. 50. prin. Struv. in Iurisp. Feudali cap. IV. Th. 12. num. 2.* alienabile esse, non dubitandum. Cum à bonis allodialibus, ratione fidelitatis præstandæ, tantum differre videatur. *Stryk. in Exam. Iur. Feud. cap. 4. quæst. 46. Ludvv. in Synops. Iur. Feud. cap. IV. thes. feudum hæreditarium in fine.* DE Feudo *ex pacto & providentia* concesso, quod *Spelman. in gloss. voc. feudum, talliatum* appellat, & fundamentum habere videtur *1. Feud. 1. 2. Feud. 17. & 2. Feud. 51.* constitutiones Lotharii & Friderici I. maximè disposuisse videntur. Quod feudum *alienabile* attinet, textus *2. Feud. 48. jus alienandi* Vasallo competens manifestò docet. Quod etiam obtinet, si consuetudine Vasallus sine consensu domini feudum alienare potest. *Iul. Clar. recept. sentent. lib. 4. §. Feudum. quæst. 31. vers. penult.* Feuda autem de *Camera*, *Cavena*, *Soldata*, de quibus *2. Feud. 10. 2. Feud. 2. §. 1. 2. Feud. 58. & in Iur. Feud. Alem. cap. 102.* agitur, inalienabilia esse existimo.

THESIS

THESIS IX.

Quænam autem res ex feudis legitimè alienari possint, paucis quoque notandum. DE totius aut de partis, & ita quotæ feudi distractione *Supr. Th. 1.* hujus capitis dictum. DE rebus singulis sive de quantitate feudi idem judicium ferendum videtur, e. g. si quis ex feudo, vel ædes, vel prædia debito modo alienare, vel ad libellum dare velit. *vid. 2. Feud. 44.* Huc pertinet ex jure *Feud. Alem. cap. 32.* quo, quicquid Vasallus in designatione rerum ad feudum pertinentium non ostendisse deprehenditur, illud domino apertum esse, sancitum est. Confirmaturque ea sententia, quod licet Vasallus de parte Regalis feudi neminem investire possit, bona tamen particularia, si sine notabili detrimento fiat, concedere queat. *Kohl. de subf. cap. 1. num. 7. Itter. de Feud. Imperii cap. 12. §. 5. Stryk. in Exam. Iur. Feud. cap. 19. quæst. 26.* Et quamvis res immobiles, & quæ *immobilibus* comparantur, propriè sint feudorum objecta, attamen in rebus *mobilibus*, quatenus, vel per consequentiam, vel ex consuetudine, in feudis inveniuntur, idem Jus obtinere puto. *DE Iuribus Feudalibus* constat, quod ad Vasallum acquirentem (1.) dominium utile plenum, quemadmodum ad subinfeudatum tantùm utile aliquod subalternatum seu subordinatum, transferatur, adeo, ut subfeudum constituens resp. illius feudi, analogicè habeat dominium directum. *arg. 2. Feud. 55. §. fin.* ubi Vasallus, qui habet alium Vasallum, vocatur dominus resp. Vasalli sui. Unde *Iure Alem. cap. 30.* constitutum. Qui possessionem in feudo habet, si quis in eo delinquat, aut damnum det, ipsi, non ei, à quo feudum habet, emendam deberi. *vid. Struv. cap. 12. Th. 10. num. 3. Ludvvell. in Syn. Feud. cap. 15. pag. 314.* (2.) Quod si verò Vasallus alienans bonæ fidei possessor existat in conditione usucapiendi constitutus, possessio acquirenti tradatur. Dari quoque dominium civile utile, quod marito in feudo dotali competit, ex *th. 3.* patet. Quod (3.) si Vasallus *servitutem*, sive *realem*, sive *personalem* constituere possit, etiam acquirens eodem jure gaudebit. De Jure *pignoris* vel *hypothecæ*, secundum consuetudines feudales concesso, neminem dubitare censeo.

CAPUT IV.

De Forma & requisitis Essentialibus alienationis Feudorum.

THESIS I.

F*Ormam alienationis feudalis verba definitionis* supra càp.1. Th. IV. datæ hanc esse docent, quod nempe illa consistat in *legitimo modo facta juris rei feudalis alienatæ translatione. Primò* igitur requiritur *modus alienandi legitimus*, quem scilicet utile Vasalli dominium admittit. Cum enim hic plenum non habeat rei feudalis dominium, sed illud quasi inter dominum & Vasallum sit divisum, *2. Feud. 8. 23. & 43.* legem, quam dominus directus dominio suo utili & quasi inferiori præscripsit, præcisè observare tenetur. Uti enim maritus fundi quidem dotalis inæstimati dominus existit, *L.1. §. 1. L.13. §. 2. ff. de fundo dotal. L. 7. §. 3. ff. L. 30. C. de jur. dot.* tamen ipsi alienatio lege Julia interdicta est ob specialem favorem dotium, quas mulieri salvas esse, etiampublicè expedire creditur. *L. 2. ff. de jur. dot. pr. Inst. quib. alien. non licet.* Ita etiam Vasallus prædii licet aliorumque bonorum feudalium dominus utilis, attamen alienatio ipsi præcipuè Constitutionibus Lotharii & Friderici I. *2. Feud. 52 & 55.* severissimis pœnis prohibita invenitur, ob singularem favorem domini directi publicum, ne scilicet debitis servitiis amissis Imperatoris felicis expeditionis complementum minuatur.

THESIS II.

Sine voluntate igitur vel licentia domini ad quem feudum spectare dignoscitur, Vasallo, sive sit masculus, sive fœmina, sive Clericus, sive Laicus, sive in dignitate constitutus, sive plebeius, alienare non est permissum. *2. Feud. 34. 2. Feud. 52 & 55*, adeo, ut si, amico certo dominus vendere permiserit, & Vasallus vendiderit

aliis, actus non valeat. *arg. L. sicut 8. §. illud. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.* atque olim quoque ad perfectam & irrevocabilem distractionem domini voluntas erat necessaria. *vid. 2. Feud. 9. 1. Feud. 13. & 18. 2. Feud. 39. 40.* Et si subinvestitus rem subinfeudatam alienare constituit, quo subinfeudante domino ejusque filiis mortuis Feudum non extinguatur, tutius videtur, utriusque tam mediati, quò pertinet *2. Feud. 52 & 55. ibi. sine permißione illius ad quem Feudum spectare dignoscitur. vid. hic Carpz. part. 1. decis. 65.* ampliantem, licet dominus superior hypothecam feudi confirmaverit, quàm immediati domini *consensum adhibere debet. vid. tamen Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. 45. Schrader. de Feud. part. 8. cap. 2. num. 25.* & in simili argumento. *Richter. Tractat. de privileg. Creditor. disp. 9. pag. 273.* licet quoque res subinfeudari fuerit solita, & Vasallus totam eam alienare velit. *vid. tamen Kobl. Tract. de subinfeud. cap. 4. num. 45. & seqq. Struv. in Synt. Iur. Feud. cap. 13. Th. 2. num. 3.*

THESIS III.

Voluntas autem domini non præcisè *expressa* requiritur, sed *tacita* quoque sufficit, modo tales actus adsint, qui ex certis argumentis voluntatem satis declarent, veluti si dominus intersit alienationi, vel eam consignet. *arg. L. honores 7. §. fin. ff. de decur.* Si novum Vasallum investiat, si servitia ab eo recipiat, vel alia quavis ratione probet. *arg. L. 2. C. de Remiss. pign. L. Creditor 158. ff. de R. I. L. 4. § ult. ff. de fidejussor. Tutor. arg. 1. Feud. 26. §. fin. 2. Feud. 9. §. porro. 2. Feud. 26. §. Titius Filios. Clar. lib. 4. sentent. §. Feudum quæst. 31. §. fin. Schrad. de feud. part. 8. cap. 4. num. 2. Facbin. lib. 7. controv. cap. 80.* Nam simplicem scientiam, cum taciturnitate conjunctam, non sufficere puto, quia hoc casu errare videtur. *arg. L. 2. ff. de Evict.* per ea, quæ habet *Ludvvel. de Feud. cap. 17.* ita nuda contractûs, cui pignus est insertum, confirmatio domini, ejus consensum non inducit. *Carpz. lib. 4. respons. 29.* modo taciturnitati notabile tempus, saltem annale, non accesserit. *2. Feud. 9.* Quò pertinet *Ius Feudale Alem. cap. 26. Ius nostrum commune declarans,* si Vasallus Feudum, de quo investitus est à domino, oppignoret sine consensu ejus, & creditor id per annum & diem quiete possi-

 deat,

deat, & dominus Vasallo, nec ei, cui oppignoratio facta est, contra dicat, valet oppignoratio, nec convenire amplius dominus Vasallū exinde potest, modo contra dominum, ingnorantiam allegantem, Vasallus met tertius per pares curiæ, vel in eorum defectum per extraneos scientiam probare possit. Ex consensu tamen simplici in alienationem, dominus sibi quoad dominium directum præjudicium facere voluisse putandum non est. *arg. 2. Feud. 55. junct. L. cum indebito 25. ff. de probat. & L. si unus 27. §. 4. vers. omnia ff. de pact. L. semper 34. ff. de R. I. junct. L. traditio 20. ff. de A. R. D.* Non obstat *L. 4. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. vid. Fachin. lib. 7 controv. cap. 83.* Multo magis consensus præsumitur, si dominus alienationem sciens feudum alienatum triginta annorum præscriptione, qona fide acquirentem præscribere passus est. *2. Feud. 9.* Nam dominum ignorantem ignorantia invincibili, & feudi vindicationem intendentem, nullius temporis præscriptio impedire valet. *arg. L. 2. C. de præscript. 30. ann.* quia quod ab initio de jure non valuit, tractu temporis convalescere non debet, per *Text. 2. Feud. 40. & 2. Feud. 55. add. 2. Feud. 8. §. 1. 2. Feud. 83. post Ritters. in Tract. Feud. lib. 1. cap. 18. quæst. 13 & 14.* olim docuit Caspar. Bitschius Antecessor in hac Universitate *in Comment. ad 2. Feud. 55. notabili 7.* Cæterum dominus non tantum ratihabendo alienationem, actum confirmare, & nullitatem ejus tollere. *arg. L. Licet 56. ff. de jud. L. fin. Cod. ad SCtum Maced. cap. 2. X. de pact. cap. 3. X. de his quæ fiunt à Præl. & arg. 2. Feud. 39.* verùm etiam eundem consensum per Procuratorem, Tutorem, Curatorem expedire potest. Ita si feudum fuerit Ecclesiasticum, Prælatum & Capitulum pro domino haberi, vel Prælato defuncto solum Capitulum, dubio carere videtur. Notandum denique, si unius feudi complures sint domini, v. g. quando feudi dominus mortuus plures reliquit liberos, vel omnium consensus postulari debet, vel saltem, si ita fert consuetudo, senioris. Si ad civilem societatem pertinet, tunc ejus consensus impetrandus, penes quem τὸ κύριον seu summa potestas residet. Inde in Monarchia Regis vel Principis, in Aristocratia optimatum, in Democratia Eorum, qui vice omnium in regenda Republica funguntur, voluntas audienda, in Rep. mixta, ubi Majestatis jura quædam sint penes Prin-

cipem,

cipem, quædam penes Optimates aut divites, quædam penes universum populum, quot de Majestatis juribus participant, tot consensum suum ad feudi alienationem accommodare debent, nisi uni fortè Reip. parti publicorum bonorum præ aliis cura sit demandata. Quid in Imperio Germanico obtineat. *vid. s. cap. 2, th. VII. in fin.* Quandoquidem igitur domini directi consensus absolutè requiritur, nulla necessitas (cujus alias tanta vis est, ut ab ea actiones hominum civiles ad normam legum in societate civili regulandæ, quandoque invitis etiam legibus, in transversum etiam rapiantur. *arg. cap. 2. X. de observ. jejun. L. 27. ff. de man. testam.*) operari potest, ut liceat Vasallo in præjudicium Juris alieni de re feudali liberè disponere, cum Vasallus sibi per impetrationem voluntatis supremi domini, qui sine justa causa consensum non denegabit, consulere possit ac debeat. *vid. tamen 2. Feud. 9. pr. cui derogatum per constitutionem Friderici 2. Feud. 55.*

THESIS IV.

Cum autem hunc actum alienationis permissum & licitum statuo, *secundò* in alienante bonam fidem requiro. Hæc autem abest, quoties Vasallus animum delinquendi habuerit, qui probatur, *quoties is deliberato & proæretico animo, non impetrato domini directi consensu, nec explorata ejus voluntate, feudum suum in alium transfert*, quia plus juris in acquirentem transire vult, quam ipse habuit, contra regulam *tot. Tit. C. de rebus alien. non alienand.* Quæ proæresis abest in eo, qui ex ignorantia, non crassa, non supina, non juris, sed justâ, quæ juramento probanda. *2. Feud. 42. princ.* feudum alienat, cum Textus *2. Feud. 26. §. 5.* hoc in negotio scientiam Vasalli expressè requirat. Et quod dicitur alienatione feudum aperiri domino, intelligendum est, dum à scientibus alienatur beneficium *2. Feud. 42.* Si Vasallus feudum alienavit ignorans, non domino, sed Vasallo restituendum est. Idem judicandum videtur, quoties Vasallus non purè, *sed cum sequenti aut simili conditione feudi alienationem fecerit*, si dominus consenserit. *arg. 2. Feud. 35. ibi. Vbi vero de alterius.* non aliter, quia actus ante conditionis existentiam pro perfecto non habetur *L. 7. ff. de contr.*

contr. Empt. nisi fortè appareat, dicis tantum gratia clausulam hanc adjectam, & Vasallum nihilominus mentem malignam habuisse, id quod exconcurrentibus negotii circumstantiis præsumi potest, veluti si alienatio facta sit in potentiorem, & feudum sit difficilis recuperationis, puta si esset locus munitissimus *arg. tot. Tit. ff. de alienat. Iud. mut. caus. fact. arg. 5. Feud. 13. vers. prohibemus autem. Ludwell. Synops. Feud. cap. 17. pag. mea. 348. Struv. Syntagm. Iur. Feud. cap. 13. th. 12. num. 1.* Huc pertinet *I. F. A. cap. 21. secundum interpretationem Schilterianam.* Si vendit Vasallus feudum alteri, & promittit refutare illud in ipsius gratiam coram domino absque præjudicio, tunc potest Dominum suum Vasallus rogare, ut feudum ab ipso recipiat, & hunc de eo investiat. Quod si dominus detrectet, enixè exoret dominum, ut id faciat, de jure enim potest id dominus denegare. Facit huc Textus *2. Feud. 14.* Econtra, gravius peccat Vasallus, si & consuetudinibus feudalibus, & Imperatorum constitutionibus, dominum circumveniendo, fraudem facere intenderit, simulatum contractum adhibendo, e. g. si Vasallus, vel totum vel partem volebat per feudum aliquem investire, quod ei cum fraude facere non licebat, *1. Feud. 5. 2. Feud. 3. 2. Feud. 9. 2. Feud. 26. §. beneficium.* Ita si locatio esset fraudulenta alienatio, ut si pro re levissima locet *2. Feud. 73.* sicuti etiam est per libellum ut dicatur venditio. Quis enim dubitat (inquit feudista) quod libellario nomine, sub vilissima duorum denariorum pensione, perpetuò concedatur utendum, alienatum in fraudem esse. dicto *2. Feud. 9.* Quod Fridericus I. *2. Feud. Feud. 55.* expressit, verbis, *quadam collusione libelli nomine vendere.* His enim & omnibus aliis machinationibus Vasallorum quorundam obviare, & figmenta, quæcunque in fraudem constitutionis excogitari poterunt, modis omnibus prohibere voluit Imperator Fridericus in dict. *cap. 2. Feud. 55. add. 2. Feud. 52. in fin.*

THESIS V.

Quemadmodum ad quamcunque alienationem in genere, cum nemo eo animo sit, ut velit rem suam in alium transferri sine causa. *arg. §. 40. Inst. de A. R. D. L. 31. 35 & 36. ff. eod. L. 6. C. de ingen.*

gen. manum. Ita quoque ad juris feudalis alienationem *justus titulus*, (in quo *tertiò* forma consistit) requiritur. Jus nostrum feudale facit mentionem (1.) *venditionis. 1. Feud. 21. si quis miles beneficium suum vendiderit. 2. Feud. 3. §. 1. 2. Feud. 9. §. 2. 2. Feud. 40 & 42* &c. (2.) *Libelli. 1. Feud. 13. 2. Feud. 9. 2. Feud. 39. 2. F. 44. 48. & 2. F. 55.* Quid autem per *libellum* sive dationem rei *libellario* nomine, aut *libellariam*, aut libellarium contractum Feudista intellexerit, Doctores non conveniunt. Plerique censuerunt, hunc contractum eundem esse cum Emphyteusi, quæ sententia probabilis est per textum dict. *1. Feud. 13.* à qua sententia post *Cujac. recedit Caspar. Bitschius in Comm. ad 1. Feud. 5. in quinta causa vers. cæterum.* Ubi & contractum *libellarium* definit, & differentias ab Emphytheusi notat. Utraque igitur opinio ratione sua non destituitur. (3.) In jure feudali fit mentio *pignoris. 1. Feud. 5. aut pro pignore plus medietate obligaverit, ita ut transactum permittat. 2. Feud. 8. in fin. Nam pignus, quod consultum dicitur, nec fieri potest ex feudo. 2. Feud. 55.* per *pignus* autem intelligo, non tantum oppignorationem, quæ fit per modum contractus realis, ita ut res pignori data simul transeat ad creditorem, verùm etiam hypothecam, quæ constituitur per pactum legitimun, adeo ut possessio rei oppignoratæ non transeat ad creditorem, sed maneat penes oppignorantem. *arg. L. 7. L. 5. §. 1. ff. de pign. vel hypoth. §. 7. Inst. de act. junct. tot. Tit. ff. de distract. pignor. L. 2. 3 & 4. C. eod. Iul. Clar. lib. 4. sentent. §. feudum. quæst. 35. num. 1. Sonsbec. in Comm. in usus feud. part. 12. num. 100.* Non autem ipsos fructus feudales, modo nihil in fraudem constitutionum fiat, huc facit text. *2. Feud. 56. Clar. lib. 4. sentent. §. Feudum. quæst. 31. num. 9.* in hos enim executionem fieri posse, & debere, docet *Gail. lib. 1. Observ. 117.* DE oppignoratione feudorum agit quoque *Ius Feud. Alem. cap. 26. 98. §. 3. & 122.* de quo *vid. sup. thes. 2. huj. cap.* Concordat *Ius Saxon. cap. 29.* & habetur, *Interprete DN. D. Schiltero*, oppignorare Vasallus (pro domino. textum ita ibidem corrigit.) Feudum potest absque investitura parium suorum, sed in arbitrio domini positum est, utrum feudum tradere, an retinere velit, nisi probet Vasallus judicialiter id factum fuisse, quo jus pignoris obtinet. Item *Ius Feud. Alem. cap. 100. & Saxon. cap. 55. in fin. & in Latin. cap. 29. §. 8 & 9.* Quæ

differentiam habent inter feudi oppignorationem & investituram, quod illa cum consensu domini etiam coram testibus, qui non sint pares, hæc tantùm coram paribus, modo eos habeat, fieri possit.

THESIS VI.

Accedit titulis prædictis etiam (4.) *Cambii* quod teste *Calvino* in Lexico, verbum est Jurisconsultis veteribus incognitum, sed interpretum & vulgi usu receptissimum, & est permutationis genus, scilicet rei ad rem. *1. Feud. 22.* si quis fecerit investituram vel *Cambium* de beneficio sui militis sine illius consensu cujus est beneficium, pro non facto habeatur. *& 2. Feud. 25.* (5.) *donationis. 2. Feud. 48. & 2. Feud. 9. donare* autem (scilicet olim, ut princ. dicti capitis loquitur) nullius curiæ poterat consuetudine. Ratio probabilis, quod alienationes onerosæ plerumque ex necessitate fiant, aut certè commodum alienanti afferant, lucrativæ verò ex parte donantis, neque necessitatis neque utilitatis sint. Comprehendit verò etiam donationes mortis causa. *arg. L. alienatum 67. §. 1. de V. S.* dubitandum autem non est, quin voluntate domini donatio fieri possit. *arg. 2. Feud. 52. & 55.* (6.) *servitutis* tam *realis*, de qua *2. Feud. 8. §. 1.* disponitur. Si Vasallus pretio, vel dolo, aut incurià *servitutem* rei beneficiariæ imponi patiatur, Vasallo quidem donec feudum tenet, possit obesse: domino autem etsi per longa tempora perseveraverit, servitutem minimè nocere. Nam cum Vasallus non habeat absolutum, sed minus plenum & ab alio dependens dominium, propriè dictam *servitutem*, quæ non personæ, sed rei potius interitu esse definit. *tot. Tit. ff. quemad. servit. amit.* sine consensu domini imponere non potest. *vid. Vultej. de Feud. lib. 1. cap. 10. n. 50.* Quam *personalis*, in præjudicium domini directi, ut ususfructus formaliter ita dicti, quia illius concessione Vasalli, suis nudati beneficiis, servitia dominorum obire, impediri possint. *arg. 2. Feud. 55. vid. Rosenthal. de Feud. cap. 9. conclus. 10. num. 4. Rittershus. lib. 2. partit. Feud. cap. 2. quæst. 11. Caspar Bitsch. in comm. ad 2. Feud. 55. notab. 4. vers. sane ut circa. in fin. DN. Stryk. cap. XIX. quæst. 5. Th.*

IX. præ-

IX. Præterea inter titulos hos refertur quoque (7.) *dotis.* Uti *2. Feud. 13.* Quod si fœmina à domino investita fuerit, & feudum in dotem dederit, maritoque superstite sine liberis decesserit, successio ad maritum non pertinet. *2. Feud. 17. ibi.* filia superstes sola marito paternum feudum in *dotem* dedit. *2. Feud. 9.* Vasallus in *dotem* pro filia dare nullius poterat curiæ consuetudine. Ratio, quod dos donationibus annumeretur. *L. ult. princ. C. de donat. ante nupt.* quodque res in *dotem* data, fiat proprium mulieris patrimonium. *L. 14. ff. ad L. Falcid. L. 4. ff. de collat. bonor.* Quod tamen videtur *limitandum*, nisi consentiente domino & citra præjudicium agnatorum feudum à patre in dotem datum, vel nisi consuetudo loci id ferat. *arg. 2. Feud. 52. & 53.* Quid *jure Feud. Alem. & Saxon.* obtineat *vid. §. cap. 3. Th. 3. Add. Struv. in jurisprud. feud. cap. 13. quæst. 5. Ludvvell. in Synops. feud. cap. 17. Th. 1. vers. 3. quod de dotis datione dictum. pag. 360. & seqq. Anton. disp. Feud. 9. Th. 5. lit. D. Bittershus. de feud. lib. 1. cap. 17. quæst. 21 & 22.* (8.) *Locationis*; *uti 2. Feud. 9. §. 1.* de quo contractu eò minus dubitandum, quia per eum dominium utile in conductorem non transfertur. *L. 39. ff. locati*, & loco fructuum fidelis mercedem accipit, inde nec domini directi consensus requiritur; licet ad longum tempus, puta ad decennium vel vicennium facta sit, modò locatio non sit fraudulosa, nec in præjudicium domini, utpote, qui finito feudo contractui stare non cogitur. *Add. Ius Feud. Alem. cap. 122.* A locatione autem simplici ad Emphyteusin nulla valet consequentia, cum hæc sit species alienationis, tribuatque dominium utile. *add. Ius. Feud. Alem. 122. in fin. ibi.* sed & *locare in Emphytuesin cum consensu domini cuicunque voluerit.* (9.) *Transactionis. 2. Feud. 26. §. si Vasallus. & 2. Feud. 43. vers. solus.* modò lis de ipso feudo fuerit, & Jus Vasalli dubium, atque Vasallus bona fide egerit, salva ubique proprietate domini. *vid. Struv. cap. 12. Th. 8. num. 5. Strick. in Exam. Iur. Feud. cap. XIX. qu[illegible]* (10.) ad hos Titulos refert quoque Jus

THESIS VII.

Cum præter modò notatos titulos dominii utilis translativos procul dubio adhuc alii dentur, unde in consuetudinibus nostris feudalibus alienationis in genere sæpius mentio fit. Uti *1. Feud. 13. 2. Feud. 48. 2. Feud. 55. Add. 2. Feud. 54.* & in pluribus aliis locis quos prætereo. Inde Feudistæ, feudorumque Interpretes eadem jura observanda voluerunt (1.) in *feudorum datione in solutum*, modò domino Vasallus ostendatur, quia solutio vicem emptionis obtinet. *L. 4. §. 31. ff. de dol. mal. & met. except. L. fin. ff. qui & ex quib. caus. in poss. eatur.* De fructibus tamen Vasallum liberè disponere posse, cum utile dominium penes Vasallum maneat. *post. Struv. in Jurisp. Feud. cap. 13. Th. 4. DN. Strick. Exam. Jur. Feud. cap. 19. quæst. 7.* (2.) in *compensatione, arg. L. 15. ff. de impens. in rem dot. fact. Niellus disp. Feud. 6. Th. 6. Anton. disp. Feud. 9. Th. 5. Lit. C.* (3.) In *donatione propter nuptias, arg. L. fin. C. de donat. propt. nupt. 2. F. 8. in fine*, maximè quando illa absque pacto de lucranda tota vel parte fit. *vid. Rosenthal de Feud. cap. 9. concl. 9. Anton. disput. Feud. 9. Th. 5. lit. C.* (4.) In *dotalitio*, quod jure feudali Longobardico incognitum, moribus introductum, & in Imperio Germanico in feudis regalibus quoque probatum, *vid. post. Kappen. part. 1. decis. quæst. 39. num. 41. & Itter. de Feud. Imp. cap. 18. §. 11. DN. D. Stryck. in Exam. Jur. Feud. cap. 21. quæst. 8. & seqq. Jur. Feud. Alem. cap. 64. & Saxon. cap. 31. in vern. & in latin. vers. cap. 32. vers. 3.* hæc de dotalitio invenitur dispositio, si Vasallus in feudo suo dotalitium constituit cum consensu domini & hæredum feudalium, ita ut uxoris fiat, siquidem hæredes majorennes sint, nec dominus nec hæredes revocare possunt: sin filii nondum fuerint majorennes, ratum habere possunt, vel revocare, sed dominus ratum habere debet de jure. *add. Magnif. DN. D. Schilter. Comm. ad prædict. caput.* (5.) In *compromisso*, quia compromissum vicem transactionis obtinet, proindeque eadem jura videntur obtinere, maximè, cum fieri possit, ut pro vasallo pronuncietur, & licet causæ cognitio ad dominum feudi spectet. *arg. 2. Feud. 34. 2. Feud. 15. 2. Feud. 46. vid. Ludwell. in synops. Feud. cap. 15. pag. 308. Anton. disp. 9. Th. 2. Lit. F. Itter.*

ter. de Feud. Imper. cap. 25. §. 22. Nec dissentiunt, licet verbis videantur, *Borchold. de Feudis cap. 8. num. 35. Rosenth. in Synops. Feud. cap. 9. conclus. 22. Schrader. de feudis. part. 10. Sect. 5. n. 160.* Quilibet enim potest juri pro se introducto renunciare *L. pen. C. de pact.*

CAPUT V.

De Fine, Effectibus & Dissentaneis Alienationis feudorum licitæ.

THESIS I.

ALienationis feudorum licitæ finis est, tum *proximus*, tum *remotus*. *Proximus* est necessitas & utilitas *tam vasalli* alienantis, *arg. 2. Feud. 9.* qui, feudo fortè minus sibi utili existente, vel duro paupertatis aliarumque difficultatum telo pressus, quo pecuniam paratam acquirere possit, illud ad locupletem transfert, permutat, atq; cedit; *quam consentientis domini*, quò vel æque vel magis idoneum Vasallum, ad fidelitatem præstandam, & servitia militaria suscipienda, consequatur. *add. C. I. A. ad Tit. de Empt. vendit. Th. 44. & addit. de A. R. D. Th. 64.* Finis *remotus* est, quo Reipublicæ, in qua vivimus, quavis emergente necessitate, novus Vasallus possit succurrere, eamque adversus hostium incursiones tueri, imprimis, quo Princeps per hujusmodi alienationem vires Imperii non attenuatas cognoscere, Proceres verò milites suos, novis beneficiis indutos, ad felicissimam Imperatorii Numinis expeditionem omni modo transducere valeant. *2. Feud. 52. & 55.*

THESIS II.

lus feudum refutavit, ut Titium investiret de eo, atque dominus, recepto feudo sub hac conditione, hanc non adimplet, sed sibi feudum retinet, tunc ille feloniam committit, ita tamen, non ut dominium directum amittat dominus, sed ut obligetur ad repetendam investituram, & ut Vasallus recuperet utile dominium, ipso jure refutatione istâ pro nulla habita. *Add. DN. D. Schilter. ibid.* ubi notat, refutantem feudum suum in favorem tertii reservare sibi posse Jus Vasallagii, si tertius sine hæredibus feudalibus decesserit. Item huc pertinet *I. F. A. t. 100.* ubi differentiam esse docetur, inter feudi oppignorationem & investituram, quod illa cum consensu domini etiam coram testibus, qui non sunt pares, hæc tantũ coram paribus fieri possit, unde consultum videtur, ut Vasallus curet, præsentibus paribus investituram impetrare, quia per hos ea probanda, imo, ut oppignorationi investitura de feudo oppignorato accedat, quam speciem Interpres Saxonicus pignus infeudatum & Jus Feud. Alem. Geliehen-Satzung / Lehens-Satzung / Pfand-Lehen appellat. Quo casu pactum legis commissoriæ, in pignoribus rerum allodialium improbatum, locum non habere docent textus. *1. Feud. 27. & 2. Feud. 51. §. pen.* Bene tamen notandum, si feudum antiquum consensu domini & agnatorum alienatum fuerit, investituram novi Vasalli secutam novum feudum conferre, si in extraneum seu in investitura prima non contentum transferatur. *arg. 1. Feud. 5. §. præterea.* adeo, ut licet idem feudum postea recuperetur, novum tamen maneat, semel enim extincta qualitas in perpetuum non resuscitatur. *arg. L. 98 §. 1. ff. de solut. L. 27. §. 2. ff. de pact.* secus si in agnatum, maxime remotioris gradus, ubi antiquum feudum manet, quia huic per primam investituram prospectum erat. *2. Feud. 26. §. Titius. 2. Feud. 14. DN. Stryk. in Exam. Jur. Feud. cap. 3. quæst. 14. post Anton. disput. 1. th. 5. lit. B. Caspar. Bitsch. in Comm. ad 2. Feud. 14. in secundo membro, 1. notab. & seq. vid. s. cap. III. Th. 2.*

THESIS III.

Cum autem triplex feudi alienatio sit, ad quam à Vasallo faciendam consensus domini requiritur. (1.) Si feudum alienetur

jure proprio, hoc est, pleno jure dominii. (2.) Si alienetur
um jus feudale, quo casu acquirens fit domini Vasallus. (3.)
alienetur commoditas percipiendorum fructuum prout ap-
latur in *L. 66. ff. de jure dot.* fortè per libellum, Emphyteusin,
umve similem contractum; ut ipsum jus feudi principale ad-
ac penes alienantem maneat, quod etiam sine consensu domi-
prohibitum, inde alienatio triplicem producit effectum. DE
cundi modi effectu in thesi praeced. dictum. *Primi* igitur *mo-*
effectus est, si Vasallus voluntate Domini, vel generali, vel spe-
ali dominium directum quoque vendiderit, donaverit, vel per
bellum, vel aliter alienaverit, quod tunc tertius ille, in quem
d eo modo alienatum, illud non ut feudum, sed ut allodium
abeat, hoc uno excepto, quod iisdem causis amittatur, qui-
bus & verum feudum amittitur. *vid. 2. Feud. 26. §. pen. & 2. Feud.*
48. *Ultimus autem modus* hunc producit effectum, quod pensio
ista, quae ex his contractibus infertur, jure feudi censeatur,
quia per talem pensionem annuam non totum jus abalienatum,
sed potius jus feudi retentum, & tamen commoditas percipien-
dorum fructuum alienata esse intelligitur. *L. 38. cum L. seq. ff. de usufr.*
junct. d. L. 66. in fin. ff. de jur. dot. & quia etiam pensiones annuae rebus
immobilibus annumerantur. *L. 14. C. de SS. Eccles.* qui effectus du-
rant, si iisdem conditionibus ad priorem Vasallum res redierit,
modò feudum domino refutaverit, declarando domino, se nolle
eam rem jure feudali habere. *2. Feud. 44.*

THESIS IV.

Si Feudum paternum consensu domini fuerit alienatum,
alienans quidem melius fecisset, si consensum quoque agnato-
rum, de quorum praejudicio actum, obtinuisset, eo tamen requisi-

sive prælationis, vel congrui. *ex L. congruit. 4. C. de locat. præd. civil.* Germanis ein Vorkauff / Einstands-Recht. Näherkauff. Alterum Jus Retractus, Germanis dictum Ein Widerkauff. *Illud* locum habet, si proximior agnatus feudum alteri vendendum, oblato eodem pretio, cum iisdem terminis & conditionibus, quod emptor solvere paratus est, repetat, & ut sibi vendatur, petat. *2. Feud. 3. §. 2. 2. Feud. 26. §. Titius & 2. Feud. 39.* DE quo jure videre licet Constitutionem Friderici, quæ extat *5. Feud. 13. C. I. A. ad Tit. de contr. Empt. §. 28. Hoc* verò utitur agnatus proximior, vel eo recusante remotior, quando feudum jam in alium translatum, & proximiori prius non oblatum, refusô pretio ab emptore dato, intra annum à die scientiæ computandum revocatur. *2. Feud. 3. vers. sed & res. 2. Feud. 9. §. 2. 2. Feud. 26. §. Titius.* Rarius tamen hoc Ius Retractus in feudis antiquis utile videtur, cum ea sine pretio per successionem post mortem alienantis devolvantur. Accedit *Tertium remedium*, quo jure successionis, morte alienantis liberorumque ejus, ut feudi possessorum, jure extincto, ad agnatos proximos feudum devolvitur, adeo ut nec emptori pretium refundere teneantur. Nam rem suam propriam nemo emere potest. *vid. 1. Feud. 8. §. 1. & 1. F. 13. 2. Feud. 26. §. ult. 2. F. 39. princ. & 2. Feud. 83.* Quod Jus remotiori quoque agnato, cui illud ex prima investitura quæsitum, licet proximior feudum alienatum spatio triginta annorum revocare neglexerit, post hujus mortem competit *arg. 2. Feud. 39. ibi. nisi agnatis consentientibus ad quos feudum quandoque sit reversurum, juncta L. sicut. 3. vers. qua Ergo. L. 7. §. 1. & 2. Cod. de præscript. 30. vel 40. ann.* Ratio est *in L. ult. C. depositi. L si non expedierit 6. §. 2. ff. de bonis auth. Iud. possid.* Dissentit Pinellus in Auth. nisi tricennale *num. 55. C. de rebus maternis. Responsiones vid. ap. Fachin. lib. 7. controv. cap. 12.* Modò Vasallo alienanti non consenserint, vel simul successerint in allodio, sic enim factum ipsius impugnare non possunt, *d. 2. F. 83. arg. Nov. 48. in præf. L. 6. §. pen. ff. de aqua & aq. pluv. arc. act. L. 14. C. de R. V. L. 24. Cod. de donat.* Cæterum emptori bonæ fidei, ignaro conditionis & qualitatis rei feudalis, contra alienantis hæredes actionem competere, voluit *DN. Stryk. in Exam. Iur. Feud. cap. 20. quæst. 5.*

THESIS

THESIS V.

Paucis denique de *dissentaneis* juris nostri feudum alienandi agendum, quæ toties accidunt, quoties requisita, in singulis causarum generibus notata, non observaverint alienantes. Quorum præcipuum est, si domini directi consensum non impetraverint, plus in alium transferre volentes, quam ipsi habuerunt; contra *L. 11. 54 & 120. ff. de R. I.* & quemadmodum hoc factum illicitum & actus alienationis nullus est, ita privationis feudi pœna Vasalli delinquentes puniuntur: & quidem, si totum feudum alienaverint, totum, si partem, partem amittant. *2. F. 38.* Imo etiam, si partem alienaverint, toto feudo cadere docuit post *Bald. in cap. 1. §. si verò. num. 1. 2. Feud. 9.* olim *Georgius Obrecht. in disput. feud. disp. 11. Th. 24 & 25. per Textus supra allegatos*; Nec caducitatis pœnam evadere possunt, si pœnitentia ducti feudum recuperaverint. *2. F. 44. Non obst. Textus in L. qui possessionem 17. ff. de vi & vi armat. L. ult. §. ult. C. de bonis quæ lib. L. si in lege 24. §. 4. ff. Locat. cap. si presbyt. 6. X. de reb. Eccl. non alien.* Feudum autem tale caducum, si novum, ad dominum redit, si antiquum, ad dominum quidem transit, quò pertinent textus *2. F. 38. 2. Feud. 44. 2. Feud. 24. 2. Feud. 55. ibi. venditor & Emptor feudum amittant, & ad dominum revertatur.* Veruntamen usque ad vitam Vasalli delinquentis tantum penes eum manet. *2. Feud. 78. & 98. Isernia in cap. 1. pr. num. 4. si Vasallus Feud. priv. Hartm. Pistor. in quæst. Iur. lib. 2. p. 1. q. 10. à num. 32. Menoch. lib. 4. cons. 304. num. 35. & lib. 6. consil. 534. num. 14.* qui plures DD. consentientes allegant. Hujusmodi distractionis ratio in aprico est. Enim verò, ubi primus acquirens feudo privatus est, cum ad successores, qui causam ab illo habent, transmitti illud nequeat, non potest non aperiri domino

latum. *arg. 2. Feud. 9. §. porro. & 2. Feud. 25.* Necesse igitur fuit medium aliquod investigari, quo & domino consuleretur, & simultaneè investitis Jus suum non interverteretur. *arg. L. Statius Florus 48. §. 1. ff. de Iur. F. L. cum pater. 77. § hereditatem. 4. ff. de Legat. 2.* atque hæc opinio extra Electoratum Saxoniæ obtinuit, docente *Carpzov. part. 2. constit. 49. definit. 12.* cui Elector Saxoniæ non parum derogavit. *constit. 48 & 49 part. 2.* Non obstant. *2. Feud. 24. §. fin.* ubi etiam additur ratio, verb. ut hanc habeat suæ injuriæ ultionem, *2. Feud. 37. & 2. Feud. 55. §. callidis.* R. enim ex textibus illud tantum probari, quod feudum aperiatur domino, quantum scilicet attinet Vasallum delinquentem & filios ejus, absque præjudicio agnatorum, quibus factum Vasalli possessoris non potest nocere. *arg. 1. Feud. 8. §. contrario. vers. eorum agnatorum. & 2. Feud. 39. & 45.* Quod si feudum ad plures Vasallos pertinet, quorum nonnulli alienationem non approbarunt, feudum pro rata committitur. *2. Feud. 38. vers. & ideo. DN. Struv. Syntag. Iur. Feud. cap. 13.* sin feudum sit individuum, licet id domini læsi integrum exigere possint: Vasalli tamen liberantur, si partis commissæ offerant æstimationem *L. 76. pr. vers. plane. ff. de Legat. 2.* Porro notandum de Prælatis & iis, qui præsunt Universitatibus, quod feuda, quæ ratione Ecclesiæ vel Universitatis habent, illi quidem amittant feloniâ commissâ, post mortem verò eorum ad successores revertantur. *2. Feud. 40. in fin. vid. Rosenth. cap. 10. conclus. 3 & 4. Vtrum autem Vasallus ob alienationem illicitam ipso jure privetur feudo?* Anceps videtur quæstio, existimo, affirmativam veriorem esse. *arg. 2. Feud. 52. ibi: nemini licere, & pretio ac beneficio se cariturum agnoscat. 2. Feud. 55. in fin. princ.* Quia quod ab initio de jure non valuit, tractu temporis convalescere non debet. Huc pertinet *Ius Feud. Alem. cap. 107. §. 7.* Hi qui sciverunt alienantem in fraudem domini feudum illis contulisse, si feuda quoque alia ab eodem domino habent, ipsa de jure amiserunt. Modò factum sit manifestum, nam si Vasallus negat, feudo se privatum, tum domino incumbit probatio per judicem & duos pares curiæ feudum esse apertum, & nihil juris amplius condemnatum in eo habere, secundum *Ius Feud. Alem. cap. 98. §. pen.* Atque eo casu, cum legitimam causam allegare possit Vasallus, quin causæ cognitio præcedere, & sententia condemnatoria sequi debeat, rectè post *Struv. cap. 13. Th. 11. n. 3.* docuit *DN. Stryk. in Exam. Iur. Feud. cap. XXIII. quæst. 44.* Et hæc de nobilissimo argumento proposuisse sufficiant.

Nunc

GLORIA DICTA PATRI COELESTI, GLORIA NATO,
SPIRITUI SANCTO GLORIA DICTA DEO.